



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Episcopo Et Decano Patherburnensi, & Abbati de Helmuardeshusan.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

ricis super hoc silentium perpetuum imponentes. Nulli ergo &c. liceat hanc paginam nostræ diffinitionis infringere &c.
Datum Laterani VII. Februarij.

T V R O N E N S I
Archiepiscopo.

Epist. 284.
Quid Archiepiscopus, propter infinitatem, suffraganorum confederationem comittere possit.

Quod sedem &c. Extat *soprà numero LXXVII. inter epistolæ istius libri.* Itaque repetere eam nolimus.

EPISCOPO CIVITATIS
Castellan.

Epist. 285.
Vi cives ab excommunicatione & interdicti sententia relaxentur.

Accidentes nuper ad præsentiam nostram &c. Extat *soprà numero LXXVIII. inter epistolæ hujus libri.*

Epist. 286.
Vt et ipsorum privilegia confirmata.

R A Y N E R I O ABBATI
& Conventui sancti Petri Engubin.
Cum olim essemus apud Perusium constituti &c. Extat *soprà numero LXXXIX. inter epistolæ hujus libri.* Ea de causa heic eam omisimus.

ABBATI DE FIRMITATE
G. & F. Archidiaconis Cabilonen.

Epist. 287.
Ipso cauillam Eduensis Ecclesie & Balmenis monasterij committit.

Expositam nobis Eduensis Ecclesie accepimus quæstionem &c. Extat *soprà numero LXXX. inter epistolæ hujus libri.*

Epist. 288.
Vt electio Hildesemensi Episcopi auxilio sit.
Vide *soprà lib. 1. epist. 335.*

EPISCOPO ET DECANO
Patherburnensi, & Abbati de Helmuardeshusen.

Cum Conradus quondam Hildesemensis Episcopus, pro eo quod sine licentia nostra ad Ecclesiam Heribipolensem transivit, fuerit suspensus à nobis, & postmodum, quoniam à sua noluit præsumptione desistere, vinculo sit excommunicationis astrictus, & de mandato nostro in Hildesemensi Ecclesia elecção canonicè celebrata, nobiles quidam, scilicet Adolphus Comes, Hermannus & Henricus Comites de Hartesbore, Fredericus de Insula, & ipsius Ecclesie ministeriales, videlicet Lupoldus de Escherte, Vgo advocatus, & eorum complices, Hildesemensi diocesis, electioni factæ & auctoritate sedis apostolicæ confirmatae de dilecto filio H. Hildesemensi Præposito majori contradicere non verentur, & ipsi quondam Episcopo, sicut non convenient, adhærentes, ipsum electum & Hildesemensem Ecclesiam aggravant multipliciter & infestant; sicut ipsius electi & Capituli Hildesemensi transmis-

sa nobis conquestio patefecit. Prænominati etiam nobiles & ministeriales ipsius Ecclesiae bona Hildesemensis Ecclesiae, præbendas Canonicorum, & speciales redditus ipsorum, & episcopales proveniunt præsentis anni, occasione & auctoritate præfati Conradi quondam Episcopi recipiunt & detinent violenter. Præterea prædicti nobiles & ipsius Ecclesiae ministeriales eidem quondam Episcopo Hildesemensi faventes, ipsum electum non permittunt civitatem & castra & alia bona ad Hildesemensem Ecclesiam pertinentia pacificè possidere; immo impendentes præfato quondam Episcopo contra Ecclesiam & electum & Clerum Hildesemensem auxilium & favorem, ipsum à possessione castrorum & civitatis & aliorum bonorum prohibent, & ei modis omnibus contradicunt. Nolentes igitur talia sub dissimulatione transfire, quæ noscuntur contra mandata sedis apostolicæ attentari, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus & districte in obedientiæ virtute præcipimus quatenus si verum est quod proponitur, præsumptores prædictos, nisi ad communionem vestram ablata Hildesemensi Ecclesiae & electo restituerint universa, & ab ipsius Ecclesiae, electi, & Cleri indebita molestatione desisterint, tamdiu nuntietis vinculo excommunicationis, sublato appellationis obstaculo, innodatos, & terram eorum suppositam interdicto, & ad quemcunque locum devenerint, eis præsentibus divina prohibitis officia celebrari, donec tam electo quam Clero super præmissis idoneam satisfactionem impendat. Volumus etiam nihilominus & mandamus ut nisi Clerici & laici in Hildesemensi diocesi constituti præfato electo debitam reverentiam impendere curaverint & honorem, eos ad id, omni gratia & timore postpositis, districione ecclesiastica, appellatione remota, cogatis. Volentes influper ejusdem Ecclesiae indemnitatibus & electi paterna sollicitudine præcavere, præsentium vobis auctoritate præcipimus quatenus quicquid de bonis ipsius Ecclesiae præfatus quondam Episcopus, postquam Heribipolensi episcopatu se non timuit immiscere, alienavit quomodolibet vel distractit, auctoritate nostra, appellatione remota, denuntiantes irritum & inane, & quæ per eum antè, etiam cum Episcopus esset, Ecclesiae memoratae irrationali-

Xxxij

532 Epistolarum Innocentij III.

tér infeudata inveneritis vel distracta, non obstante appellationis objectu, legitimè revocetis; taliter mandatum nostrum, omni gratia & timore postpositis, exequamini, quod solicitude vestra in Domino appareat commendanda, & non possitis de negligentia seu inobedientia reprehendi. Nullis lit. veritati & justitiae &c. Quod si omnes &c. tu, frater Episcope, cum eorum altero &c. Datum Laterani IIII. Nonas Februarij, pontificatus nostri anno secundo.

*IN SICHEN. ET DE VALLE
beati Georgij Abbatibus, & Preposito
sanctae Mariae in Herfordia.*

*Epi. 289.
De præbenda-
rum devotorio
ne, nisi intra
statutum à jure
tempus, confe-
ratur.*

*incommoda

Grade gerimus & indignum quod in multis Ecclesiis tam Prælati quam subditis contra constitutiones canonicas temerè venientes, easdem enervare præsumunt, &c., de quo dolemus non modicum, quæ pro Ecclesiarum utilitate à sanctis patribus provida fuerunt deliberatione statuta, in detrimentum earum evacuare contendunt. Sanè cùm in Lateranensi Concilio fuerit constitutum ut quoties ecclesiastica beneficia vacare contingit, si Capitulum, ubi donatio spectat ad ipsum, infra tempus in eodem Concilio diffinitum eadem conferre distulerit, per Episcopum concedantur, & id Episcopo negligente, ad superiorem eorundem donatio devolvatur, miratus non modicum & commoti quod venerabilis frater noster Archiepiscopus & dilecti filii Capitulum Magdeburgense, non habentes ad præmissa respectum, nec attendentes etiam quanta ex defectu personarum possint Ecclesiis provenire, maximè cùm propter hoc divinum eis officium subtrahatur, præpositoram & sex præbendas Ecclesie Magdeburgensis, cùm per annum & ultra vacaverint, infra tempus sibi permisum non curaverunt idoneis personis assignare, propter quod ab N. Scholastico ejusdem Ecclesie, ne quid ab eis fieret de præpositoria jamdicta, ad nostram fuit audienciam appellatum. Licet autem ante adventum nuntiorum dicti Archiepiscopi, & ante adventum A. Præpositi & N. Scholastici Canonicorum Magdeburgensis Ecclesie, ad nostram audienciam pervenisset quod donatio præpositoræ & præbendarum ipsarum ad nos esset secundum statuta dicti Concilij devoluta, quia tamen super his per eisdem nuntios

in nostra fuit præsentia aliquandiu litigatum, nobis pleniū constitut de præmissis. Ut autem non possemus de negligentia reprehendi, qui prædictos Archiepiscopum & Capitulum dignos proinde redargutione censemus; volentes etiam, prout ad nos pertinet, præcavere ne ubi jura conduntur, ibidem injuriam patientur, præpositoram ipsam dilecto filio A. sanctæ Mariæ ad gradus in Maguntia Præposito, ejusdem Ecclesie Magdeburgensis Canonico, viro provido & honesto, (quem ex aliquanta conversatione, quam ad sedem apostolicam habuisse dignoscitur, credimus eodem beneficio non indignum; per cujus etiam industrias & potentiam utiliter poterit ipsius officium adimpleri) duximus conferendam, ipsum in consistorio nostro de eadem per anulum investire curantes. Volentes autem prædictis Archiepiscopo & Capitulo, pro devotione quam ad nos & sacrosanctam Romanā Ecclesiam habere noscuntur, paterna solicitudine respondere, eisdem duximus indulgendum ut ex illis sex præbendas dictus Archiepiscopus duas & Capitulum duas alias vice nostra, non sua, possint idoneis personis conferre; ita tamen quod si infra quadraginta dies post receptionem litterarum nostrarum id efficere fortè neglexerint, vos, filii Abbates, & Magister P. Scholasticus Magentinus, quem vobis in hoc duximus adjungendum, auctoritate nostra tam illas quatuor quam alias duas sublato cujuslibet contradictionis & appellationis obstaculo personis idoneis conferatis; ita quod si omnes his exequendis nequieritis interesse, dictus Scholasticus cum altero vestrum ea nihilominus exequatur. Ceterum si aliqui contra prædictam donationem nostram aut etiam factum vestrum, filii Abbates & Præposite de Herfordia, aliqua temeritate venire præsumperint, vos eos à præsumptione sua per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescatis. Provideatis autem attentiū quatenus si postquam ad nos est ipsius præpositoræ donatio devoluta, super eadem aliquid fuerit attentatum, in irritum appellatione postposita reducatis. Nos autem prædicto Archiepiscopo nostris damus litteris in mandatis ut dicti Præpositi nuntios in corporalem ejusdem possessionem suo nomine inducere non omitat, & eidem Præposito, cùm se prædi-